



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 109. Fugiente Auria quædam naves a Dragute partim captæ, partim
submersæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Rex magnis angustiis Neapoli conflicta-
batur, foris & intus obversante oculis Sæc. XVI.
A.C. 1552.
periculosi motus exitu; ideo Hispanos omnes ex regni præsidii evocaverat, ut se adversus externum hostem tueretur, cum interea in ipsa urbe ingens quoque instaret periculum ob clandestina consilia Salernitani Principis, qui factionem numero ac potentia insigne conflabat.

§. CIX.

Fugiente Auria quædam naves a Dragute partim captæ, partim submersæ.

Interea Turcica classis per Sinum Ca-
Thian. l. II.
n. 3.
jetanum Pontiam Farnesiorum ditio-
nis insulam defertur, ubi Dragutes de Andreæ Auriæ adventu certior factus, factis velis processit, eumque, cum non tam prope Turcas esse crederet, oppressit, adeo ut Auria, cum nonnisi quadraginta Triremes haberet, certamini impar, jam inclinante die retro vela dare cogeretur tanta celeritate, ut universa hostium classis eum assequi minime posset, Dragutes tamen cum sex expeditioribus navigiis recedentem infecutus, unam ex Aurianis navibus intercepit, & cum totam noctem majoremque diei proximæ partem in persequen-
do

Sæcul. XVI. do hoste consumpsisset, sex alias naves
A. C. 1552. præter septingentos Germanos iis im-
 positos cepit, eorumque Ducem Nico-
 laum Madrucium, qui tamen ex vulne-
 re in certamine accepto mox decepsit,
 duobus præterea navigiis aqua submer-
 sis secum abstraxit.

Accidit hæc clades die quinta A-
 prilis Anno Domini millesimo quingen-
 tesimo quinquagesimo secundo, unde
 Auria Princeps hactenus nunquam in-
 terrupta bellum fortuna usus nunc tam
 adverso, in quo ejus prudentia nau-
 fragabatur, scopulo allisus cum reliqua
 classe sua in Sardiniam, atque inde Ge-
 nuam venit: Porro dum Dragutes hanc
 reportaverat victoriam, Salernitanus
 Princeps unacum Regis Christianissimi
 triremibus, ac duobus Vasconum mil-
 libus sese Infidelium copiis junxit, Tur-
 casque, ut Neapolin invaderent, revo-
 care nitebatur, cum autem illi id re-
 nuerent, se tamen sequenti anno redi-
 turos sponderent, illos Chion usque
 comitatus est, ibique cum Galica clas-
 se hyberna egit.

§. CX.

*Nova arx Senensibus tradita, atque
 ab illis solo æquata.*